

civitatis, quibus ipsa nititur & subsistit, Oeconomia largitur, quam mera Mathemata regunt. Sanè, rationes accepti, vel expensi, lucri damneve computus, pluris & minoris differentiae, tanti quanti coequationes, situs, ordines, tempora, loca, motus, & ceterae quantitates, quibus vitae commoda, rerum dispositiones, actionum ausus, & stratagemata, constant, nonne formam oeconomiae, commerciis, aërio, conflictui, præstant? Sed & ipsa materia familiaris unde veriùs quàm ex Mathesi suppetet? Loquantur hoc ædes, utensilia, merces, opificia, viæ, portus, flumina, machinae, tormenta, munitiones, omnia, quibus belli pacisque temporibus regio, populus, urbs, acies, instructa suam tuetur statum rationem.

Tan-